

FIFTH SUNDAY AFTER EASTER

[Errors? help@extraordinaryform.org](mailto:Errors?help@extraordinaryform.org)

INTROIT Isaiah 48: 20

Vocem jucunditatis annuntiáte, et audiátur, alleluia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, alleluia, alleluia. (Ps. 65. 1-2) Jubilate Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus: date glóriam laudi ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Vocem jucunditatis annuntiáte, et audiátur, alleluia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: liberávit Dóminus pópulum suum, alleluia, alleluia.

COLLECT

Deus, a quo bona cuncta procedunt, largíre supplicibus tuis: ut cogitémus, te inspiránte, quæ recta sunt; et, te gubernánte, eádem faciámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE James 1: 22-27

Carissimi: Estóte factóres verbi, et non auditóres tantum: falléntes vosmetípsos. Quia si quis audítor est verbi et non factor: hic comparábitur viro consideránti vultum nativitátis sua in spéculo: considerávit enim se, et ábiit, et statim oblítus est qualis fúerit Qui autem perspéxerit in legem perféctam libertátis et permánerit in ea, non audítor obliuósus factus, sed factor óperis: hic beátus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiósus esse, non refrænans linguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est relígio. Relígio Deum et immaculáta apud Deum et Patrem, hæc est: Visitare pupillos et víduas in tribulatióne eórum, et immaculátum se custodíre ab hoc sæculo.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Surrexit Christus, et illúxit nobis, quos redémit sanguíne suo. Allelúja. (John 16: 28) Exívi a Patre, et veni in mundum; íterum relínquo mundum, et vado ad Patrem. Allelúja.

GOSPEL John 16: 23-30

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Amen, amen dico vobis: si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo: Pétite, et accipiétis, ut gáudium vestrum sit plenum. Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Venit hora, cum jam non in provérbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiábo vobis. In illo die in nómine meo petétis: et non dico vobis quia ego rogábo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, me amástis, et credidístis quia ego a Deo exívi. Exívi a Patre, et veni in mundum: íterum relínqua mundum et vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli ejus: Ecce nunc palam loqueris, et provérbium nllum dicis. Nunc scimus quia scis ómnia, et non opus est tibi ut quis te intéroget: in hoc crédimus quia a Deo exísti.

OFFERTORY Psalms 65: 8, 9, 26

Benedícite, gentes, Dóminum Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis ejus: qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos: benedíctus Dóminus, qui non amóvit deprecatiónem meam, et misericórdiam suam a me, alleluia.

SECRET

Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiόνibus hostiárum: ut per hæc piæ devotiónis officia, ad cæléstem glóriam transeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni militía cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Psalms 95: 2

Cantáte Dómino, allelúja: cantáte Dómino, et benedícite nomen ejus: bene nuntiáte de die in diem salutáre ejus, alleluia, allelúja.

POSTCOMMUNION

Tríbe nobis, Dómine, cæléstis mense virtúte satiátis: et desideráte quæ recta sunt, et desideráta percípere. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Declare it with the voice of joy, and make it known, alleluia: declare it even to the ends of the earth: The Lord hath delivered His people, alleluia, alleluia. (Ps. 65: 1-2) Shout with joy to God, all the earth, sing ye a psalm to His name: give glory to His praise. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Declare it with the voice of joy, and make it known, alleluia: declare it even to the ends of the earth: The Lord hath delivered His people, alleluia, alleluia.

O God, from Whom all good things do come, grant unto us, Thy suppliant people, that by Thine inspiration, we may think what is right, and under Thy guidance perform the same. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reign with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, be ye doers of the word and not hearers only, deceiving your own selves, For if a man be a hearer of the word and not a doer, he shall be compared to a man beholding his own countenance in a glass: for he beheld himself and went his way, and presently forgot what manner of man he was. But he that hath looked into the perfect law of liberty and hath continued therein, not becoming a forgetful hearer but a doer of the work: this man shall be blessed in his deed. And if any man think himself to be religious, not bridling his tongue but receiving his own heart, this man's religion is vain. Religion clean and undefiled before God and the Father is this: To visit the fatherless and widows in their tribulation, and to keep one's self unspotted from this world.

Alleluia, alleluia. Christ is risen, and hath shone upon us, whom He redeemed with His Blood. Alleluia. (John 16: 28) I came forth from the Father, and am come into the world: again I leave the world and I go to the Father. Alleluia.

At that time Jesus saith to His disciples: Amen, amen, I say to you: if you ask the Father any thing in My name, He will give it to you. Hitherto you have not asked any thing in my name: Ask, and you shall receive, that your joy may be full. These things I have spoken to you in proverbs. The hour cometh when I will no more speak to you in proverbs, but I will show you plainly of the Father. In that day you shall ask in My name; and I say not to you that I will ask the Father for you: for the Father Himself loveth you, because you have loved Me and have believed that I came out from God. I came forth from the Father and am come into the world; again I leave the world and I go to the Father. His disciples say to Him: Behold, now Thou speakest plainly and speakest no proverb. Now we know that Thou knowest all things and Thou needest not that any man should ask of Thee: by this we believe that Thou camest forth from God.

O bless the Lord our God, ye peoples, and make the voice of His praise to be heard: Who hath set my soul to live, and hath not suffered my feet to be moved. Blessed be the Lord, who hath not turned away my prayer, nor His mercy from me, alleluia.

Accept, O Lord, the prayers of Thy faithful, together with the gifts they offer: that by these offices of loving devotion we may enter into heavenly glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Sing unto the Lord, alleluia; sing unto the Lord, and bless His name; show forth His salvation from day to day, alleluia, alleluia.

Grant to us, O Lord, that filled with strength from this heavenly table, we may both desire what is right, and obtain that which we desire. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.